

The Electronic *Compendium moralium notabilium* Project  
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/CMN/index.html>)

42 quotations attributed to Macrobius in the *Compendium moralium notabilium*  
(from *Epytoma sapientie*, Venice, 1505).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 4: De felicitate et beatitudine et summo bono (fol.17va):

Macrobius de somno scipionis. **Sole faciunt virtutes beatum: nullaque alia quisquam via hoc nomen adipiscitur.**

Solae faciunt virtutes beatum, nullaque alia quisquam via hoc nomen adipiscitur.

Macrobius, *Commentarii in Somnium Scipionis*, 1.8.3 (J. Willis ed., p.37).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 1: De iustitia equitate iniquitate (fol.25ra):

Macrobius de somno scipionis libro i. in principio. **Sine iustitia non solum res publica sed nec exiguus hominum cetus: nec quidem parua domus constabit.**

Rerum omnium Plato et actuum naturam penitus inspiciens advertit in omni sermone de rei publicae institutione proposito infundendum animis iustitiae amorem, sine qua non solum res publica sed nec exiguus hominum coetus, ne domus quidem parva constabit.

Macrobius, *Commentarii in Somnium Scipionis*, 1.1.4 (J. Willis ed., p.2).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 3: De conscientia benignitatis et malignitatis (fol.26va):

Macrobius de somno scipionis libro 2. et finali. **Virtutis fructum sapiens in conscientia ponit: minus perfectus in gloria.**

Virtutis fructum sapiens in conscientia ponit, minus perfectus in gloria, unde Scipio, perfectionem cupiens infundere nepoti, auctor est ut contentus conscientiae praemio gloriam non requirat.

Macrobius, *Commentarii in Somnium Scipionis*, 2.10.2 (J. Willis ed., p.26).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 1: De veritate et falsitate et mendacio (fol.31rb):

Macrobius saturnaliorum libro 2. capitulo 18. exautior liberii. **Nimum altercando veritas amittitur.**

Nimum altercando veritas amittitur.

Macrobius, *Saturnalia*, 2.7.11 (J. Willis ed., p.155).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 7: De conuersione conspectu societate et solitudine (fol.39rb):

Macrobius saturnaliorum libro 2. capitulo 18. ex auctoritatibus publii. Idem dicit seneca in proueria. **Comes facundus in via pro vehiculo est.**

Comes facundus in via pro vehiculo est.

Macrobius, *Saturnalia*, 2.7.11 (J. Willis ed., p.155).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 13: De confidentia amicorum (fol.42ra):

Macrobius saturnaliorum libro 2. capitulo 18. ex auctoritatibus publii. **Ita amicum habeas vt posse fieri hunc inimicum putes.**

Ita amicum habeas, posse ut fieri hunc inimicum putes.

Macrobius, *Saturnalia*, 2.7.11 (J. Willis ed., p.155).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 7: De contentionibus (fol.45ra):

Macrobius saturnaliorum libro 7. capitulo 18. ex auctoritate liberii: **Nimium altercando veritas amittitur.**

Nimium altercando veritas amittitur.

Macrobius, *Saturnalia*, 2.7.11 (J. Willis ed., p.155).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 1: De petitionibus et rogationibus beneficiorum: et exauditionibus vel de negationibus (fol.47rb):

Macrobius saturnaliorum libro 2. caput 18. ex auctoritate publici. **Pars benefici est quod petitur si cito neges.**

Pars benefici est quod petitur si cito neges.

Macrobius, *Saturnalia*, 2.7.11 (J. Willis ed., p.155).



Pars 2, Liber 5, Rubrica 6: De vtilitate oblationis munerum et beneficiorum (fol.49vb).

Macrobius saturnaliorum libro 4. capitulo 18. exauctor publici: **Beneficium dando accepit qui digno dedit.**

Beneficium dando accepit qui digno dedit.

Macrobius, *Saturnalia*, 2.7.11 (J. Willis ed., p.154).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 6: De iure lege et pacto (fol.56rb-56va):

Macrobius saturnaliorum libro 2. capitulo 20. **Nisi pessimis effusisque moribus viueretur: profecto ferendis legibus opus non fuisset. Leges bone ex malis moribus procreantur.**

Nam leges sumptuariae a singulis ferebantur quae civitatis totius vitia corrigerent; ac nisi pessimis effusissimis que moribus viveretur, profecto opus ferendis legibus non fuisset. Vetus verbum est, leges inquit bonae ex malis moribus procreantur.

Macrobius, *Saturnalia*, 3.17.10 (J. Willis ed., p.207).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 1: De intelligentia cognitione ingenio et scientia consideratione morali (fol.61ra):

Macrobius de somno scipionis libro i. **Facilior ad intelligendum per oculos via est quam per sermonem.**<sup>1</sup> Libro 2. **In re naturaliter obscura qui in exponendo plura quam necesse est superfundit addit tenebras.**<sup>2</sup> **Anime facilius illabatur concepta ratio descriptione quam sermone.**<sup>3</sup>

1. Et quia facilior ad intellectum per oculos via est, id quod sermo descripsit visus adsignet.

Macrobius, *Commentarii in Somnium Scipionis*, 1.21.3 (J. Willis ed., p.185).

2. Nec enim quia fecit in hoc loco Cicero musicae mentionem, occasione hac eundum est per universos tractatus qui possunt esse de musica, quos quantum mea fert opinio terminum habere non aestimo, sed illa sunt perseguenda quibus verba quae explananda receperis possint liquere, quia in re naturaliter obscura qui in exponendo plura quam necesse est superfundit addit tenebris, non adimit densitatem.

Macrobius, *Commentarii in Somnium Scipionis*, 2.4.12 (J. Willis ed., p.109).

3. Et quia animo facilius inlabitur concepta ratio descriptione quam sermone, esto orbis terrae cui adscripta sunt ABCD, et circa A adscribantur N et L, circa B autem M et K, et circa C G et I, et circa D E et F, et ducantur rectae lineae a signis ad signa quae dicimus, id est a G in I, ab M in N, a K in L, ab E in F.

Macrobius, *Commentarii in Somnium Scipionis*, 2.5.13 (J. Willis ed., p.112).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 6: De imagine memoria reminiscencia et obliuione morali consideratione (fol.62va):

Macrobius saturnaliorum in prohemio. **Distincta melius seruantur in animo.**

Nam et in animo melius distincta seruantur, et ipsa distinctio non sine quodam fermento, quo conditur universitas, in unius saporis usum varia libamenta confundit, ut etiam si quid apparuerit unde sumptum sit, aliud tamen esse quam unde sumptum noscetur appareat: quod in corpore nostro videmus sine ulla opera nostra facere naturam.

Macrobius, *Saturnalia*, 1.praefatio (J. Willis ed., p.2).

Liber 2, Pars 3, Rubrica 4: De consilio (s.n.):

Macrobius saturnaliorum libro i. capitulo 15. **Conceptum mentis consilia nascuntur.**

Nam si conceptu mentis consilia nascuntur, mundi autem mentem solem esse opinantur auctores, a quo in homines manat intellegendi principium, merito boni consilii solem antistitem crediderunt.

Macrobius, *Saturnalia*, 1.18.17 (J. Willis ed., p.105).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 3: De doctrina et doctoribus seu magistris (fol.66v).

Macrobius de somno Scipionis: **In re naturaliter obscura qui in exponendo plura quam necesse est superfundit addit tenebras.**<sup>1</sup> Idem saturnaliorum. libro i. in prohemio: **Superfluum video inter sapientes nota proferre.**<sup>2</sup>

1. Nec enim quia fecit in hoc loco Cicero musicae mentionem, occasione hac eundem est per universos tractatus qui possunt esse de musica, quos quantum mea fert opinio terminum habere non aestimo, sed illa sunt persequenda quibus verba quae explananda receperis possint liquere, quia in re naturaliter obscura qui in exponendo plura quam necesse est superfundit addit tenebris, non adimit densitatem.

Macrobius, *Commentarii in Somnium Scipionis*, 2.4.12 (J. Willis ed., p.109).

2. Tum Caecina: cum vobis qui me in hunc sermonem adducitis nihil ex omnibus quae veteribus elaborata sunt aut ignoratio neget aut oblivio subtrahat, superfluum video inter scientes nota proferre.

Macrobius, *Saturnalia*, 1.3.1 (J. Willis ed., p.9).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 7: De disciplina (fol.69va):

Macrobius de somno Scipionis libro i. **Facilior ad intellectum per oculos via est quam per sermonem.**<sup>1</sup> Libro 2. **Anime facilius illabitur concepta ratio descriptione quam sermone.**<sup>2</sup> Idem saturnaliorum libro 2. capitulo 18. exactor liberii. **Nimum altercando veritas amittitur.**<sup>3</sup>

1. Et quia facilior ad intellectum per oculos via est, id quod sermo descripsit visus adsignet.

Macrobius, *Commentarii in Somnium Scipionis*, 1.21.3 (J. Willis ed., p.185).

2. Et quia animo facilius inlabitur concepta ratio descriptione quam sermone, esto orbis terrae cui adscripta sunt ABCD, et circa A adscribantur N et L, circa B autem M et K, et circa C G et I, et circa D E et F, et ducantur rectae lineae a signis ad signa quae dicimus, id est a G in I, ab M in N, a K in L, ab E in F.

Macrobius, *Commentarii in Somnium Scipionis*, 2.5.13 (J. Willis ed., p.112).

3. Nimum altercando veritas amittitur.

Macrobius, *Saturnalia*, 2.7.11 (J. Willis ed., p.155).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 10: De inuestigatione seu indagatione et inuenditione (fol.71ra).

Macrobius Saturnaliorum libro 2. capitulo 18. exautior liberii: **Nimium altercando veritas amittitur.**

Nimium altercando veritas amittitur.

Macrobius, *Saturnalia*, 2.7.11 (J. Willis ed., p.155).



Pars 3, Liber 5, Rubrica 1: De taciturnitate et loquacitate (fol.74va).

Macrobius saturnaliorum libro 3. in prohemio: **Solet cibus cum sumitur tacitos efficere: potus loquaces.**<sup>1</sup> **Philosophus: non minus pro tempore tacendo quam loquendo philosophatur.**<sup>2</sup>

43. questione seu problemate. **Sacius et alienis abstinere quam minus non proferre.**<sup>3</sup>

1. Primis mensis post epulas iam remotis et discursum variantibus poculis minutioribus Praetextatus, "solet cibus," inquit, "cum sumitur, tacitos efficere, potus loquaces.

Macrobius, *Saturnalia*, 2.7.11 (J. Willis ed., p.155).

2. et haec una est de philosophiae virtutibus, quia cum orator non aliter nisi orando probetur, philosophus non minus tacendo pro tempore quam loquendo philosophatur.

Macrobius, *Saturnalia*, 7.1.11 (J. Willis ed., p.398).

3. Vides sacius fuisse philosophorum omnium principi alienis abstinere quam minus nota proferre.

Macrobius, *Saturnalia*, 7.15.13 (J. Willis ed., p.454).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 2: De temperantia locutionis et oportuno sermone (fol.75rb):

Macrobius saturnaliorum libro 3. in prohemio. **Nihil tam congruum sapientie quam locis et temporibus aptare sermones.**

Immo nihil tam cognatum sapientiae quam locis et temporibus aptare sermones,  
personarum quae aderunt aestimatione in medium vocata.

Macrobius, *Saturnalia*, 7.1.20 (J. Willis ed., p.400).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 3: Quando sit loquendum (fol.75va).

Macrobius saturnaliorum: libro 3. in prohemio. **Qui vult esse amenus consultor ea interroget que sunt interrogato facilia responsu: et que scit illum sedula exercitatione didicisse. Gaudet enim quisquis cum prouocatur ad doctrinam suam in medium proferendam: quia nemo vult latere quod didicit: maxime si scientia quam labore acquisiuit cum paucis illa familiaris et plurimis sit incognita: vt de astronomia: vel dialetica: ceterisque similibus. tunc enim videtur consequi fructum laboris cum adipiscitur occasionem publicandi: que didicit sine ostentationis nota. qua caret qui non ingerit: sed innitatur vt proferat.**

Et ut prius tibi de interrogatione respondeam, qui vult amoenus esse consultor ea interrogat quae sunt interrogato facilia responsu, et quae scit illum sedula exercitatione didicisse. Gaudet enim quisquis provocatur ad doctrinam suam in medium proferendam, quia nemo vult latere quod didicit, maxime si scientia quam labore quaesivit cum paucis illi familiaris et plurimis sit incognita, ut de astronomia vel dialectica ceterisque similibus. Tunc enim videntur consequi fructum laboris, cum adipiscuntur occasionem publicandi quae didicerant sine ostentationis nota, qua caret qui non ingerit sed invitatur ut proferat.

Macrobius, *Saturnalia*, 7.2.3-4 (J. Willis ed., p.401).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 4: De interrogationis et responsionis prudentia (76ra):

Macrobius saturnaliorum libro 3. capitulo 33. **Satius est alienis abstinere quod minus nota proferre.**

Vides satius fuisse philosophorum omnium principi alienis abstinere quam minus nota proferre.

Macrobius, *Saturnalia*, 7.15.13 (J. Willis ed., p.454).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 9: De secretis tacendis et celandis et propalatione (fol.77rb):

Macrobius saturnaliorum libro i. in prohemio. **Superfluum video inter sapientes nota proferre.**<sup>1</sup> Libro 2. capitulo 18. Exauditior liberii: **Nimum altercando veritas amittitur.**<sup>2</sup>

1. Tum Caecina: cum vobis qui me in hunc sermonem adducitis nihil ex omnibus quae veteribus elaborata sunt aut ignoratio neget aut oblivio subtrahat, superfluum video inter scientes nota proferre.

Macrobius, *Saturnalia*, 1.3.1 (J. Willis ed., p.9).

2. Nimum altercando veritas amittitur.

Macrobius, *Saturnalia*, 2.7.11 (J. Willis ed., p.155).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 6: De argumentatione et argumentis rethoricis et dispositione eorum (fol.81rb):

Macrobius saturnaliorum: libro 3. in prohemio: **Plebeia ingenia magis exemplo quam ratione capiuntur.**

‘Si me,’ Disarius inquit, ‘aliquis ex plebe imperitorum de hac quaestione consulisset, quia plebeia ingenia magis exemplis quam ratione capiuntur, admonuisse illum contentus forem institutionis pecudum, quibus cum simplex et uniformis cibus sit, multo saniores sunt corporibus humanis, et inter ipsas illae morbis implicantur quibus, ut altilis fiant, offae compositae et quibusdam condimentis variae farciuntur.’

Macrobius, *Saturnalia*, 7.4.4 (J. Willis ed., p.409).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 1: De potentioribus et impotentioribus (fol.96va):

Macrobius saturnaliorum: libro 2. capitulo 18. exautior liberii: **Potestas non solum si inuitet: sed et si supplicet cogit.**

Sed potestas non solum si inuitet sed et si supplicet cogit, unde se et Laberius a Caesare coactum in prologo testatur his versibus: Necessitas, cuius cursus transversus impetum voluerunt multi effugere, pauci potuerunt, quo me detrusti paene extremis sensibus?

Macrobius, *Saturnalia*, 2.7.2-3 (J. Willis ed., p.152).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 2: De imperio et potestate et dominatione priuatorum (fol.97ra):

Macrobius saturnaliorum: libro 2. capitulo 18. exautior liberii: **Postestas non solum si inuitet: sed etiam si supplicet cogit.**

Sed potestas non solum si inuitet sed et si supplicet cogit, unde se et Laberius a Caesare coactum in prologo testatur his versibus: Necessitas, cuius cursus transversus impetum voluerunt multi effugere, pauci potuerunt, quo me detrusti paene extremis sensibus?

Macrobius, *Saturnalia*, 2.7.2-3 (J. Willis ed., p.152).



Pars 4, Liber 3, Rubrica 8: De terribilitate et metu (fol.99rb):

Macrobius saturnaliorum: libro 2. capitulo 7. **Colant te potius serui tui quam timeant: qui colitur etiam amatur. Non potest amor cum timore misceri.**<sup>1</sup> 18. capitulo exautior liberii: **Necesse est multos timeat quem multi timent.**<sup>2</sup>

1. Colant ergo te potius serui tui, mihi crede, quam timeant. Dicet aliquis nunc me dominos de fastigio suo deicere, et quodam modo ad pilleum servos vocare, quos debere dixi magis colere quam timere. Hoc qui senserit, obliviscetur id dominis parum non esse quod dis satis est. Deinde qui colitur etiam amatur: non potest amor cum timore misceri.

Macrobius, *Saturnalia*, 1.11.12 (J. Willis ed., p.46).

2. In ipsa quoque actione subinde se, qua poterat, ulciscatur, inducto habitu Syri, qui velut flagris caesus praeripienti que se similis exclamabat: porro Quirites libertatem perdimus; et paulo post adiecit: necesse est multos timeat quem multi timent.

Macrobius, *Saturnalia*, 2.7.4 (J. Willis ed., p.153).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 3: De musicali delectatione (fol.104vb-105ra):

Macrobius de somno scipionis: **Omnis anima musicis somnis capitur.**<sup>1</sup> **Musica capitur omne quod viuit.**<sup>2</sup> Idem saturnaliorum: libro 3. in prohemio. **Socrates grecus orator verba prius libera sub numeros prius ire coegit.**<sup>3</sup>

1. Nam ideo in hac vita omnis anima musicis sonis capitur, ut non soli qui sunt habitu cultiores, verum universae quoque barbarae nationes cantus, quibus vel ad ardorem virtutis animentur vel ad mollitiem voluptatis resolvantur, exerceant; quia in corpus defert memoriam musicae cuius in caelo fuit conscia et ita delenimentis canticis occupatur ut nullum sit tam immite, tam asperum pectus quod non oblectamentorum talium teneatur affectu.

Macrobius, *Commentarii in Somnium Scipionis*, 2.3.7 (J. Willis ed., p.105).

2. Iure igitur musica capitur omne quod vivit, quia caelestis anima, qua animatur universitas, originem sumpsit ex musica.

Macrobius, *Commentarii in Somnium Scipionis*, 2.3.11 (J. Willis ed., p.106).

3. Isocrates enim Graecus orator qui verba prius libera sub numeros ire primus coegit, cum in convivio a sodalibus oraretur ut aliquid in medium de eloquentiae suae fonte proferret, hanc veniam deprecatus est.

Macrobius, *Saturnalia*, 7.1.4 (J. Willis ed., p.396).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 16: De saturitate crapula et ebrietate (fol.109ra):

Macrobius saturnaliorum: libro 2. capitulo 18. **Socrates: dicebat multos homines propterea velle viuere vt ederent et biberent: se bibere et esse vt viueret.**<sup>1</sup> Libro 3. questione. i. **Quis ambigit eum qui diuerso vino vtitur in repentinam eruere ebrietatem.**<sup>2</sup> **Ipsa immoderatio ciborum ex varietate nascitur titilante gula: et ad sumendum plura quam necessitate prouocante.**<sup>3</sup> 2. questione. **Qui fuerint crebro ebrii cito senescunt.**<sup>4</sup>

1. Socrates quidem dicebat multos homines propterea velle vivere ut ederent et biberent, se bibere atque esse ut viveret.

Macrobius, *Saturnalia*, 2.8.16 (J. Willis ed., p.160).

2. Quis enim ambigat eum qui diverso vino utitur in repentinam ruere ebrietatem, necdum hoc potus copia postulante?

Macrobius, *Saturnalia*, 7.4.7 (J. Willis ed., p.409).

3. At, inquires, ipsa immoderatio ex ciborum varietate nascitur titillante gula et ad sumenda plura quam necesse est prouocante.

Macrobius, *Saturnalia*, 7.5.23 (J. Willis ed., p.418).

4. Postremo qui fiunt crebro ebrii cito senescunt, alii ante tempus competentis aetatis vel calvitio vel canitie insigniuntur, quae non nisi inopia caloris eveniunt.

Macrobius, *Saturnalia*, 7.6.11 (J. Willis ed., p.421).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 17: De conuiuuiis (fol.109rb):

Macrobius saturnaliorum: libro 3. in prohemio. **Solet cibus sumitur tactitos efficere: potus loquaces.**

Primis mensis post epulas iam remotis et discursum variantibus poculis minutioribus Praetextatus, "solet cibus," inquit, "cum sumitur, tactitos efficere, potus loquaces."

Macrobius, *Saturnalia*, 7.1.1 (J. Willis ed., p.396).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 3: De mutabilitate et caducitate prosperitatis atque aduersitatis ex inopinatis casibus fortuitis aut fatalibus (fol.138vb):

Macrobius saturnaliorum libro 2. capitulo 18. exautior liberii: **Summum ad gradum claritatis cum veneris consistes egre: et citius quam descendas decides.**

Sed et Laberius sequenti statim commissione mimo novo interiecit hos versus: Non possunt primi esse omnes omni in tempore summum ad gradum cum claritatis veneris, consistes aegre et citius quam descendas cades: cecidi ego, cadet qui sequitur: laus est publica.

Macrobius, *Saturnalia*, 2.7.9 (J. Willis ed., p.154).